HIERONYMUS
um 836/859 Seite 108r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

illuriapti; Dñs aut̃ pacis conterat satan̄ sub
pedibus uris uelociter. ut dracone contri
to atque deposito. pisces quoque flumi
nis illius deponantur. & cadat auctor
criminũ. qui prius stare se arbitrabatur.
& in toto orbe discurrere; cadat aut̃ sup
faciem terrae suae. ad quam de celo p̃cipi
tatus. ē. ut nequaquã ultra In haereticoꝝ
ecclesiis colligatur. neq; congregetur siue
sepeliatur In his qui crediderint ei cum abeo
fuerint liberati. sed detur ad deuorandum
bestiis terrae. & uolatilibus caeli; Bestiis de
quib; scriptũ est. ne tradas bestiis animam
confitentem tibi. & uolatilibus caeli quae
iuxta uiã sementem comedunt. & saluatore
Inter p̃tantur. ee. diabolus; Non solũ enim
princeps malitiae. sed & discipuli eius diabuli
nominant̃. Iuxta illud quod de iuda dicitur.
Nonne ego uos elegi duo decim. & unus de uob
diabulus est. caeli aut̃ uocantur uolatilia. quia
sibi sublimia repromittunt. ut post quã draco
cũ piscibus suis depositus fuerit atq; proiectus.